

tenet Rot. dec. 226. p. 18. rec. Duran. dec. 78. num. 6. et 10. Imo de iudice mero facit mixtum, ut alia Clausula si tibi constiterit; Rot. dec. 148. p. 19. rec. num. 8. nam quamvis posita in rescriptis gratiæ, hæ Clausulæ requirunt causæ cognitionem semper ac sunt verificanda narrata. Pyr. Corrad. in prax. dispensat. Apost. lib. 7. cap. 6. num. 30. De ista Clausula vide Mart. de claus. part. 1. claus. 141. Mari Antonin. var. resol. 58. n. 2. 3. et 4. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 7. n. 126. cum seq. De Rubeis in sing. Rotæ tom. 2. p. 4. claus. 92. et 745. Barb. de claus. claus. 134.

(20. Clausula XVIII. Tunc, et eo casu est restrictiva, et arctat dispositionem ad præsentem casum, nec potest ullo modo ultra extendi. Monoch. cons. Sperel. dec. 144. n. 18. Fusar. de substit. qu. 460.

(21. Clausula XIX. Omni meliori modo facit ut actus valeat quomodo valere potest; Rot. apud Sperel. dec. 144. sed non extendit dispositionem, nec valere potest circa non expressa, nisi forte adsit Clausula omni et alio meliori modo. Vivian. in prax. Jurispatronat. p. 2. lib. 13. cap. 8. num. 335. Rot. dec. 108. p. 7. rec. num. 26. In testamento supplet Clausulam codicillarem, et illa adhibita codicillaris censetur appositæ. Marta de claus. p. 1. claus. 88. et p. 3. claus. 56. Vivian. ubi supra. In contractibus supplet omnes defectus. Mart. de claus. p. 1. claus. 84. Demum cum ponitur in libellis, censetur supplicans non obligari ad specificata. Mar. Antonin. var. res. lib. 2. res. 46. De ejus vi et effectu Ricc. in collect. dec. p. 4. collect. 879. Gonz. ad reg. 8. Cancel. gloss. 3. num. 8. Lotter. in tract. de re benef. lib. 1. q. 40. n. 328. cum. seq. Duran. dec. 60. n. 38. et dec. 151. n. 3. Valasc. de jure emphyt. q. 6. num. 16. et consult. 719. n. 13.

(22. Clausula XX. Statum, et merita causæ operatur ac si integre processus, ac omnia acta et partium comparationes fuissent in individuo narrata. Rot. dec. 20. de rescrip. in nov. Vide Riccium in prax. subrept. p. 3. res. 439. num. 5. Excipe i. si fuit posita ad instantiam partis. Mart. de claus. p. 1. claus. 15. Rot. de rescrip. in nov. dec. 20. ii. Non supplet mentionem rei judicatæ; Marta claus. 15. Addend. ad Gregor. XV. dec. 2. num. 17. si tamen res judicata esset jam deducta in controversiam; nam tunc sufficit mentio de lite cum Clausula *cujus litis statum, etc.* Adden. ad Greg. loc. cit. num. 18. quæ supplet defectum subreptionis ob non factam litis mentionem. Rot. 413. p. 18. rec. tom. 2. num. 16. et dec. 424. n. 14. d. p. 18. et dec. 667. num. 18. d. p. 18. rec. et dec. 605. num. 11. p. 2. rec. Rebuff. in prax. p. 8. sing. in vers. quatenus litigiosum litis statum. Adden. ad Greg. d. dec. 2. num. 16.

(23. Clausula XXI. Sine præjudicio, et dummodo tempore datæ non sit alteri jus quæsitum, etc. Prima Clausula præservat i. jus illius, in ejus favorem appositæ est tam in petitorio quam in possessorio; Rot. post Cenc. de censib. dec. 230. ante num. 8. Garz. de benef. p. 5. cap. 5. num. 65. Vivian. in

prax. Jurispatr. p. 2. lib. 5. cap. 2. num. 12. in fin. quod ultimum procedit in actu facti ab ipso Iudice. Addend. ad Gregor. XV. Dec. 332. Non tamen præservat illa Clausula parti possessionem, si agitur de actu possessorio spontaneo ipsiusmet partis; cit. Addend. n. 6. Rot. dec. 332. ii. Reddit actum conditionalem, si, et quatenus præjudicium ex actu alicui inferatur; Put. dec. 32. num. 1. lib. 2. Marta d. claus. 157. num. 2. quæ tamen non est intelligendum de conditione suspensiva, sed resolutiva, ita ut nempe constito de alterius præjudicio irritus sit actus; secus si non constet de tali præjudicio. Addend. cit. ubi Rot. rec. dec. 513. p. 1. num. 3. iii. Prædicta Clausula censetur posita in omnibus concessionibus, quamvis non sit expressa. Sarnen. in reg. de jure quæsito non tollendo, quæst. 1. in princ. Sed non solet exprimi, nec subintelligitur in litteris Apostolicis, in quibus adest Clausula *vocatis* etc. Pyr. Corrad. l. cit. c. 14. num. 74. et intelligitur de alio præjudicio, non de expresso. Rot. dec. 236. num. 3. p. 1. diver. Marta loc. cit. claus. 157. num. 3. p. 1.

Alteræ Clausula *dummodo tempore datæ* etc. valet de jure valido, de jure pleno, et radicato, reddit gratiam conditionalem, præservat jura tertii, non tamen ejus quæsitum in re, et semper subintelligitur, ut præcedens. Mart. de claus. p. 1. claus. 25. Ricc. in collect. dec. p. 4. collect. 814. et in praxi rer. for. Eccl. dec. 195. a num. 204. De Rub. in sing. Rotæ tom. 2. part. 4. claus. 26. et 301. Barb. de claus. claus. 44. pag. 403. edit. cit. Sed i. hæ Clausula non suspendit executionem litterarum Apostolicarum. Rot. apud Archil. de Grass. dec. 18. Garz. de benef. p. 10. c. 1. sub num. 74. circa fin. n. Non præservat jus ad rem, quod habetur ob expectativam, nam non est considerabile. Gar. loc. cit. p. 4. cap. 3. num. 17. et 18. et p. 10. cap. 1. num. 74. in fin. iii. Non operatur, quando addita est alia Clausula *anteferri*, quæ derogat cuicumque juri ad rem, quomodocunque sit quæsitum; cap. pen. de præb. in 6. Ricc. res. 188. n. 4.

(24. Clausula XXII. *anteferri*. Hæ Clausula i. liberat gratiam a vitio subreptionis, ii. facit de posteriore priorem, iii. per eam tolluntur omnes reservationes, et expectativæ, tam generales quam speciales. Cardin. Tusch. tom. 1. l. 1. C. conclus. 314. num. 18. non tollit tamen jus in re, non retrotrahitur in præjudicium juris quæsiti ad rem, demum nihil operatur, nisi is, in ejus favorem concessa est, voluerit anteferri. Mart. de claus. p. 1. claus. 21. Vivian. l. cit. num. 102. De hæ Clausula vide Mari Anton. var. resol. 9 num. 13. De Rubeis in sing. Rotæ tom. 2. p. 4. claus. 159. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 11. num. 487. Barbos. claus. 8. pag. 358. edit. cit.

(25. Clausula XXIII. *arbitrio tuo*, vel *judicio tuo*. Important hæ Clausulæ arbitrium boni viri; de Rubeis in sing. Rotæ tom. 2. par. 4. claus. 176. n. 1. quod est intelligendum, quod faceret ita, ac vellet fieri in rebus suis; Barb. claus. 11. et arbitrium regulari

debet juxta juris dispositionem. Rot. apud Seraph. dec. 29. et 1429. Sed aliquando importat etiam liberam voluntatem. Mar. Anton. var. resol. lib. 1. res. 74. num. 8. Maresch. var. res. lib. 1. cap. 12. num. 30. Rot. dec. 426. p. 5. rec. tom. 2. num. 9. Executor cum hæ Clausula potest extrajudicialiter procedere; Rot. dec. 14 et 15. de dol. et contum. in antiq. et dec. 426. p. 5. rec. tom. 2. num. 10. et non datur ab ipso appellatio saltem suspensiva. Rot. d. dec. 426. num. 12 et 13.

(26. Clausula XXIV. *Audiat et cognoscat, et justitiam faciat*, aufert rem judicatam, si S. Pontifici fuit narratum de illa, Bal. in cap. 2. de offic. Deleg. Ruginel. de appel. §. 6. gloss. 8. num. 12.

(27. Clausula XXV. *Dummodo septem Missæ, etc. in altari privilegiato, etc.* Non intelligitur hæ Clausula ad literam; unde non vitatur gratia, si aliquando, sed raro, deficiat numerus præscriptus. Dian. mor. p. 9. tract. 2. res. 9.

(28. Clausula XXVI. *Pro jurato* ex decretis Apostolicis habet vim juramenti. Ciarlin. lib. 1. contr. for. cap. 2. num. 13. et lib. 2. cap. 136. num. 2. Sed non tenetur debitor propter illam ad contractum invalidum; Ciarlin. loc. cit. cap. 2. et cap. 121. num. 17. et violator non fit reus perjurii erga Deum. Rot. coram Merlin. dec. 506. num. 49.

(29. Clausula XXVII. *Arbitrio Rotæ*. Hæ Clausula dat facultatem aliquid relaxandi de jure, servata æquitate. Rot. dec. 85. num. 4. et dec. 179. apud Farinac. part. 1. rec. et dec. 284. num. 5. et dec. 440. n. 8. et dec. 587. num. 1. apud eundem p. 2. rec. Vide Ricc. in collect. dec. par. 4. collect. 1604. et collect. 12. 7. De Rub. sing. Rotæ tom. 2. p. 4. d. 8. et d. 175. pag. 319. Barb. claus. 21. p. 362. edit. cit.

(30. Clausula XXVIII. *Conscientiæ tuæ committimus, oneramus, etc. discretioni tuæ, etc.* Cum ponitur hæ Clausula i. delegatus non potest subdelegare, nam Pontifex censetur respexisse personæ qualitates. ii. Juxta debet judicare juxta allegata et probata, atque juxta juris decreta in illis figendo pedes, ut inquit Rot. dec. 94. p. 7. rec. num. 48. iii. potest procedere extrajudicialiter in rescriptis gratiæ. Demum ab illo datur appellatio devolutiva et suspensiva, quando agitur de gravi præjudicio. Rot. dec. 156. p. 18. rec. tom. 1. num. 9. et dec. 325. pag. 10. rec. num. 11. Barb. claus. 24. et claus. 13. Mart. de claus. p. 1. claus. 274. Vivian. in praxi Jurispatr. p. 2. lib. 13. cap. 8. num. 181. Bal. in L. 1. n. 11. C. si plures, etc. et cons. 298. n. 7. l. 1.

(31. Clausula XXIX. *Volumus autem, quod si alias Christi fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus, etc.* non reddit nullas indulgentias concessas ab aliis Pontificibus, cum verb. *concesserimus* est personale; Sanch. de matrim. lib. 8. dip. 28. sub num. 46. Garz. de benef. p. 5. c. 1. 650. et indulgentia præterea deberet esse omnino similis, unde valet indulgentia concessa ab eodem Pontifice in eadem Ecclesia pro diverso Altari.

Dian. mor. p. 6. tr. 8. res. 31. Bonacin. de Sacrament. disp. 6. quæst. 1. punct. 7. num. 4. vers. *queritur*.

(32. Clausula XXX. *Te a quibusvis excommunicationis, etc. absolventes*, ponitur in omnibus rescriptis Apostolicis tam gratiæ quam justitiæ ad tollendas nullitates et inhabilitates, quæ ex excommunicatione oriri possunt; et subintelligitur, quando non adest, vel saltem possunt reformari literæ, et in illis apponi. Navarr. cons. 28. sub n. 5. de sentent. excom. Sed non comprehendit i. excommunicatum propter hæresim; Garz. de benef. p. 7. c. 11. a num. 54. seq. ii. contumacem in excommunicatione; Rot. lib. 3. p. 3. dec. 580. in nov. apud Ricc. in prax. clausul. res. 102. Quarant. in Summ. Bullar. verb. *Regula, etc.* iii. in excommunicationem incidentem post literarum impenetrationem. Pax Jordan. de re benef. lib. 10. lit. 21. num. 22. Vide de hæ Clausula Rebuff. in praxi benef. p. 1. de forma novæ provisionis, verb. *Teque absolventes, et in concordat. in form. mandati Apostolici, verb. quavis occasione, et in repet. c. postulatist, de Clerico excommunicato min. nob.* 67. Mart. de claus. part. 1. claus. 47. De Rub. in sing. Rotæ tom. 2. p. 5. d. 814.

(33. Clausula XXXI. *In tua et tuæ familiæ præsentia* apponitur in concessionibus Oratorii privati; et non est adeo stricte sumenda, ut absente domino gratia locum non habeat. Dian. p. 9. tr. 1. res. 2. Nomen familiæ comprehendit etiam eos qui extra domum ejus sumptibus vitam ducunt. Palaus. tom. 4. tr. 25. disp. un. punct. 9.

(34. Clausula XXXII. *Consentientibus dilectis filiis* etc. est usitata in Beneplacito Apostolico pro alienatione honorum Ecclesiæ, et requirit ut consensus sit expressus. Ricc. in prax. p. 1. res. 83. Mart. de claus. p. 1. claus. 3.

(35. Clausula XXXIII. *Ut pretium subrogetur in aliud prædium emendum*, ponitur in Beneplacito Apostolico pro alienatione honorum Ecclesiæ ut præcedens, et respicit venditorem tantum. Ricc. loc. cit. p. 1. res. 96. Gratian. l. 1. disc. for. c. 45. num. 26.

(36. Clausula XXXIV. *dummodo centum pro Rectore* etc. regulariter est conditionalis, et habet vim suspensivam. Pyr. Corrad. in prax. benef. lib. 5. c. 1. n. 30. Rot. dec. 505. p. 18. rec. tom. 2. Ricc. in prax. pension. res. 376. p. 1. et res. 109. p. 3. Probatio autem exhiberi debet a Pensionario. Rot. p. 2. in rec. dec. 417. Vivian. loc. cit. n. 714. Plura vide apud Pyr. Corrad. in prax. benef. de l. 5. c. 1. a n. 31. seq.

(37. Clausula XXXV. *Dummodo intrusus non sit*, est similiter conditionalis, sed respicit intrusionem diversam a narrata et expressa. Rot. dec. 569. p. 5. rec. tom. 2. n. 4. Marta de claus. p. 1. claus. 38. Quis vero dicatur intrusus, vide Ricc. in prax. p. 2. res. 224. Sed ad effectum subrogationis hæ Clausula requirit, ut vera et perfecta sit intrusio, scilicet cum propria auctoritate, vel sine titulo ejus, qui potest conferre, capitur possessio. Rot. in dec. 124. p. 11.

rec. n. 10 et 11. Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 20. num. 82. Garz. de benef. p. 11. c. 10. n. 266. Vide Sarnen. super regul. de trienn. quest. 47. n. 3. in fin. Et intrusus non dicitur, nisi qui capta possessione percepit etiam fructus. Gigas de intrus. n. 70. ad 77. Rot. decis. 405. p. 13. res. n. 14.

(38. Clausula XXXVI. *Habita, vel non habita possessione*, est usu frequens in reservatione pensionis, et non extenditur ultra biennium, vel triennium, si lis non est calumniosa, et si titularis succumbit bona fide. Ricc. in prax. clausul. p. 3. res. 107. Vivian. loc. cit. num. 210. Barbos. de clausul. claus. 63.

(39. Clausula XXXVII. *quam, et quas, etc.* sic extenditur: « Necnon quam, et quas idem orator habet et monet, habereque et monere vult, et intendit contra adversarios, omnesque alios præmissorum occasione sua communiter vel divisim interesse putantes in executione præsentium nominandos, et cognominandos; » Marches. de Commiss. pag. 1. pag. 200. num. 56. non restringit Jurisdictionem ad expressa tantum, sed censetur deductum omne jus. Rub. claus. 596. num. 8. Rota apud Maresc. l. 1. var. res. c. 20. num. 1. Committitur per illam totum negotium, et tunc, si appellatum non fuit, potest procedi ut in prima instantia. Sed hæc non procedunt cum addita est Clausula restrictiva de, et super præmissis. De hac Clausula vide Mart. de claus. 1. d. 120. De Rubeis in sing. Rotæ tom. 2. p. 4. cl. 596.

(40. Clausula XXXVIII. *Summarie, simpliciter, sine strepitu, sine figura iudicii, sola veritate inspecta, et de plano.* Clausula summarie tollit juris solemnitates, sed non probationes, et alia, quæ sunt de substantia. Mart. de clausul. p. 1. claus. 180. Gratian. disc. for. c. 569. an. 30. Unde non tollit citationem, defensionem, nec juramentum calumniæ. Gabr. de citat. concl. 1. n. 36. et seq. Pelleg. in pract. civil. p. 2. sect. 2. subsect. 1. intersecat. un. vers. quarto limit. Adverte, quod hæc Clausula non potest apponi, nisi a Principe superiorem non cognoscente, ut est Papa. Pelleg. loc. cit. n. 9. Felin. in c. 1. § 1. col. 1. n. 2. vers. legatus non committit. de rescrip. Alia Clausula simpliciter dat iudici facultatem audiendi partes in occulto, non potest per illam allegari suspectus, et non datur tempus ad quærendos advocatos. Scacc. de Judic. l. 1. c. 53. Idem operatur Clausula sine strepitu et figura iudicii. Pelleg. l. cit. et num. 19. Sed Clausula sola veritate inspecta dat etiam potestatem pronuntiandi super non petitis. Marant. in Specul. p. 4. dist. 9. et idem dicendum de aliis Clausulis manu regia, et de plano. Sed cum sunt simul positæ, omnes habent istos effectus. Pelleg. loc. cit. Marant. in Specul. p. 3. dist. 9. n. 32. Sed iudex, si vult, potest observare juris solemnitates text. in c. novit. de Jud. ubi innoc. circa princ. Felin. in cap. cum dilecta, col. 14. vers. ampliacione, de resc. Bal. in L. nulla circa fin. ff. de legib. et in L. testamentum not. 3 C. de testam.

(41. Clausula XXXIX. *Si per diligentem examinationem idoneum repereris, etc.* non operatur causæ cognitionem iudicalem; Mart. de clausula 171. Garz. de benef. p. 6. c. 2. n. 231. Barbos. claus. 98. et idem potest dici de Clausula si inveneris, vel repereris, nisi dirigatur ad personam iudicis. Vivian. loc. cit. p. 2. lib. 13. cap. 8. num. 19. Cum ponitur in dimissorialibus Clausula si per diligentem, etc. ad Ordines suscipiendos, non requirit solum doctrinæ idoneitatem, sed etiam natalium, ætatis et morum juxta Con. Trid. sess. 23. c. 5. de reform. et est conditionalis, sed Episcopus, si aliter noverit subjecti idoneitatem, potest omittere examen. Pyr. Corrad. in prax. disp. Apost. lib. 4. cap. 7. num. 1. et 9. Admonendum demum, quod in mandatis de providendo de Parochialibus, est similiter conditionalis, sed non potest omitti examen, licet fuisset factum ad omnes Parochiales generalim. Pyr. Corrad. in prax. benef. l. 3. c. 14. et 15. Garz. de benef. p. 6. cap. 2. num. 253. Gonz. super reg. 8. glos. 4. n. 89. 96. seq.

(42. Clausula XL. *Contradictores compescendo*, dicitur de contradictoribus de facto, non de jure; cap. is cui, de præb. in 6. Marta de clausul. p. 1. claus. 21. Barb. claus. 5.

(43. Clausula XLI. *Prout juris et de jure* est conditionalis, ac omnia quæ præcedunt, secundum jus sunt regulanda; cap. causam quæ, de reser. Mart. loc. cit. claus. 112.

(44. Clausula XLII. *perinde valere revalidat et confirmat gratiam et facit, ut valeat a die concessionis primæ gratiæ, nisi id foret in præjudicium tertii;* Put. p. 2. dec. 190. Menoch. de arbitr. l. 2. cas. 185. sed est irrita subito ac cessat causa, vel principalis dispositio. Mart. loc. cit. claus. 321. Barb. claus. 56.

(45. Clausula XLIII. *Non aliter, alias, nec alio modo etc.* strictam inducit obligationem servandi omnia præscripta, et est conditionalis, ita ut nullus sit actus, si illa exacte non servetur. Rot. decis. 252. d. p. 18. rec. Gratian. cons. 138. num. 13. lib. 1. alia Rot. decis. 269. p. 2. rec. tom. 4. n. 17. Vide de hac Clausula Barb. claus. 81. pag. 437. edit Lugdun. 1630. Card. Tusch. pract. concl. tom. 1. lit. C. concl. 311. Ricc. in collect. decision. collect. 526. et 868. De Rub. in sing. Rotæ tom. 2. part. 4. claus. 48. et 492.

(46. Clausula XLIV. *Pro expressis habentes.* De hac Clausula diximus in aliis Clausulis quorum tenores, et supplentes; nam stat pro expressione speciali et individua omnium qualitatum et conditionum, quæ essent exprimendæ. Mart. de claus. claus. 101. Ricc. collect. decis. p. 4. collect. 949. Theod. de Rub. in sing. Rotæ tom. 2. p. 4. claus. 553. Vide Barb. claus. 102. pag. 468. edit. cit.

(47. Clausula XLV. *Non obstantibus, etc.* tollit illa omnia, quæ gratiæ exitui obstant, etiam privilegia clausa, vel non, in corpore juris. Gratian. disc. for. c. 421. n. 15. et c. 458. n. 6. Sed i. non tollit statuta particularia. Rot. decis. 114. n. 28. pag. 9. rec. tom. 1. n. Non operatur in præjudicium tertii. Maresc. l. 2. var. res. c. 40. num. 22. 23. et 24. ubi

Rot. L. decurionibus. C. de Silen. 11. Jus in L. postquam lit. num. 11. C. de pact. iii. Non aufert obstacula personalia. Vivian. in prax. Jurisp. l. 13. c. 8. n. 156. iv. Nec dispositiones firmatas consensu partium. Idem ibid. v. Similiter nec jus quæsitum Laico ex dotatione vel fundatione, et hoc etiam, si addita est Clausula motu proprio. vi. Non derogat Regulis Cancellariæ, nec Conciliis generalibus. Maresc. l. 2. var. res. c. 40. n. 14. et 16. Felin. in c. 1. n. 23. eod. Adverte tamen i. quod si gratia sit irrita, invalidatur etiam Clausula. Vivian. l. cit. num. 163. Maresc. loc. cit. ii. quod per istam Clausulam non inducitur dispensatio; text. in cap. non potest. in fin. et ibi gloss. Rot. Rom. p. 9. rec. tom. 1. n. 106. Barb. de claus. claus. 82. pag. 441. et seq. edit. cit. De vi et effectu hujus Clausulæ ultra cit. vide Rebuff. in prax. lit. de form. novæ provis. verb. non obstantibus; Mart. de claus. pag. 1. claus. 79. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. § 1. num. 57. Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 1. lit. C. concl. 349. cum. seq. De Rub. in singul. Rotæ tom. 2. p. 4. claus. 49. et 496. Rot. apud Paul. de Rub. dec. 333. n. 4. 4. tom. 2. divers.

(48. Clausula XLVI. *Decretum irritans.* Hæc Clausula i. invalidat collationem Ordinarii, ita ut non valeat actus, quamvis gestus de partium consensu; cap. statum, de rescrip. in 5. et ibi gloss. in verb. committatur, et cap. dispendia eod. ii. Inficit possessionem et titulum; Gabr. de claus. concl. 3. num. 50. ubi Rota in nov decision. 16. et propterea nullum remedium possessionum valet; Pyr. Corrad. in prax. benef. lib. 2. tit. 15. n. 175. et irritum omnino est iudicium tam in possessorio, quam in petitorio, et id præcipue si adest Clausula sublata, at non irritat actum jam perfectum ante dicti decreti emanationem. Maresc. lib. 2. var. res. c. 38. n. 15. iii. Ligat etiam ignorantes, sed non respectu pænæ; cap. 1. verb. adjiciebatur insuper, de conces. præb. et cap. quondam, ver. prima enim collatio, de præbendis in 6. et cap. dudum, ver. et quod decretum nostrum, eod. et cap. si beneficia; Felin. in cap. cognoscentes, col. 5. vers. quanto limita, et in cap. fin. col. 12. vers. fuit singulare dictum de constit. et ligat ignorantes, licet in eorum favore fiat dispositio. Gabr. de claus. concl. 3. num. 50. iv. Demum generaliter irritat hæc Clausula quicquid operatur contra dispositionem vel gratiam, in qua apposita fuit; cap. si postquam de elect. in 6. Sarnen. in reg. de trienn. quest. 46. n. 2. et in reg. de annal. quest. 4. n. 3. Sed ut hæc Clausula possit sortire suum effectum, debet prius cognosci, an dispositio possit habere locum, ita ut in dubio possessor sit manutendus. Garz. de benef. p. 5. num. 430. Rot. decis. 48. p. rec. tom. 1. num. 5. De vi et effectibus hujus Clausulæ vide Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1302. Rot. decis. 241. num. 9. part. 1. rec. decis. 516. num. 6. decis. 570. n. et 7. decis. 613. n. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. num. ult. 11. De Rub. sing. Rotæ tom. 2. p. 4. d. 20. et 237.

(49. Clausula XLVII. *Districtius inhibentes*, nisi adsit præcedens Clausula, prohibet tantum actum contrarium. Vivian. in prax. juris patr. l. 13. cap. 8. n. 183.

(50. Clausula XLVIII. *Derogatoria cum Clausula quorum tenores*, irritat omnes dispositiones contrarias, ac si nominatim essent expressæ; L. omnes. C. de præscr. 30. annor. ubi: tamquam per hanc legem specialiter, et nominatim fuissent enumeratæ. Maresc. lib. 2. var. res. cap. 40. n. 1. non autem tolli, partium conventiones. Ferret. cons. 319. num. 2. vol. 2. apud Vivian. loc. cit. num. 188. Et sufficit dispositio generalis cum Clausula quorum tenores, si dispositio, cui derogatur, habeat Clausulas prægnantes cum derogatoriis derogatarum ad dispositiones sequentes. Gabr. de claus. concl. 5. num. 14. Sarnen. ad proem. regul. quest. 6. num. 7. et ad reg. de trienn. quest. 17. num. 5. Sed non derogat constitutionibus antecedentibus nisi quoad ea quæ sunt contraria; Mart. p. 1. cl. 261. et non tollit privilegia concessa ad publicam utilitatem. Gabr. de claus. cond. 5. Vivian. loc. cit. n. 189. Mart. de claus. p. 4. claus. 14. Gonzal. ad regul. Cancell. glos. 36. num. 3. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 2. lit. C. concl. 346. De Rub. in sing. Rotæ tom. 2. p. 4. claus. 21. et 277. Rota apud Paul. de Rub. decis. 333. num. 5. tom. 2. divers.

(51. Clausula XLIX. *Circa, vel circiter, et ipso facto, ipso jure, de jure et de facto.* Prima, si agitur de ætate, intelligitur de quinque, vel sex mensibus; Vivian. l. cit. n. 204. Maresc. lib. 2. var. res. cap. 40. num. 5. et generatim intelligitur de modico tempore. Barb. de diction. dict. 132. Si agitur de coadjutoria sumitur pro semestre; Garz. de benef. p. 11. c. 3. § 1. num. 49. Idem intellige de resignationibus; idem ibid. arg. text. in L. non tantum ff. de excusat. Rebuff. in L. ceterorum ff. de V. S. in fine.

(52. Clausulæ ipso facto et ipso jure idem sonant. Vivian. l. cit. num. 216. Rebuff. in prax. p. 3. de mod. amitt. benef. num. 1. cap. 2. ut Cler. vel Monac. in. 6. L. quisquis C. ad L. Jul. Majest. c. cum secund. de hæret. in 6. Tertia dat delegato facultatem procedendi etiam in diebus feriatis ob necessitatem hominum; arbitratori etiam in feriatis ad honorem Dei, et facit, quod uterque possit procedere sine citatione; Mart. loc. cit. claus. 237. quod intellige juxta dicta in Claus. 38.

(54. Clausula L. *Sine vitio spoli, et salvo jure.* Prima denegat spoliato facultatem agendi pro spolio, sed nisi adsit alia Clausula sine vitio attentatorum, non excusat a capta possessione lite pendente, vel ab alio attentato. Verall. dec. 151. p. 3. Vivian. l. cit. num. 238. Secunda vero præservat jus, et est modificativa illius, cui apponitur. Mart. l. cit. claus. 355. Vivian. l. cit. num. 345.

(53. Clausula LI. *In omnibus et per omnia.* Hæc Clausula i. facit ob suam universalitatem, ut comprehendantur, quæ alias non comprehenderentur; ii. extendit mandatum ad rem subrogatam; iii. valet pro speciali specificatione. Adverte tamen, quod non comprehen-

dit insolita, non operatur ultra mentem, nec habet vim pro reservatis Pontifici. Vide Barb. *claus. 67. pag. 424. edit. cit. Marta de claus. par. 1. claus. 62. et p. 3. claus. 42.* Card. Tusch. *pract. conc. tom. 1. lit. C. concl. 354.* Vivian. *in prax. jurispatr. lib. 3. c. 8. n. 343.*

(56. De his et aliis Clausulis videre potes, si plura cupis, Barb. *Tract. de clausul. usu*

## CLAUSURA.

## SUMMARIUM.

1. Clausura monasteriorum quorumcumque virorum regularium asseritur. — 2. Revocantur quæcumque indulta et privilegia admittendi feminas intra Clausuram conventuum quacumque de causa. — 5. Prohibetur quibuscumque sub pœna nullitatis, et sub ecclesiasticis censuris, ne facultates ingrediendi Clausuram conventuum religiosorum fœminis ullo modo concedant. — 4. Clausura monialium constabiltur. — 5. Constitutiones apostolicæ et conciliares innovantur super Clausura monialium. — 6. Ordo præscribitur pro introductione mulierum in monasteria. — 7. Clausuram monialium violantes ad malum finem quando Card. Major Pœnitentiarius possit absolvere. — 8. Episcopo licitum est ad impartendam benedictionem moniali in mortis articulo constitutæ monasterium ingredi. — 9. Sub qua conditione. — 10. Moniales post professionem, neque etiam ad breve tempus exire possunt e monasterio, nisi causæ quædam occurrant, quæ assignantur. — 11. In consecratione tamen exire debent e Clausura, et ingredi Ecclesiam. — 12. Occasione consecrationis monialium non licet episcopo ingredi in Clausuram, nec multo magis aliis quibuscumque. — 13.

(1. Clausura Monasteriorum quorumcumque virorum Regularium asseritur, sublata quibuslibet dispensandi facultate; Benedict. XIV. *tom. 1. Constit. 30. incip. Regularis disciplina.* (2. Revocat quæcumque Indulta, et Privilegia admittendi feminas intra Clausuram Conventuum quacumque de causa etiam devotionis, associandi processiones, et Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Idem *ibid.* § 4. (3. Prohibet quibuscumque, etiam Cardinalibus, sive singulis, sive eorumdem Cardinalium Congregationibus sub pœna nullitatis et sub Ecclesiasticis Censuris Papæ, (excepto mortis articulo) reservatis, ne facultates et licentias ingrediendi Clausuram Conventuum Religiosorum fœminis ullo modo concedant. Idem *ibid.* § 4. et 5. Vide verb. *Conventus art. 3. n. 36.* ubi alia necessaria ad rem.

(4. Clausura Monialium constabiltur ab eodem Pontifice *Constitut. 21. incip. Cum Sacrarum*, in qua Monialibus in Portugalliæ, et Algarbiorum Monasteriis rigorosam Clausuram professis, et extra illam degentibus, injungitur reditus ad claustra et egressus in posterum prohibetur; sublata quibuscumque facultate in posterum indulgendi egressum e Monasteriis. Et *Constitut. 40. incip. Salutare*, in qua universaliter de Clausura Monialium confirmantur sanctiones Ecclesiasticæ antea editæ, ac revocantur facultates extraordinariæ permittendi ingressum, et egressum e Monasteriis; et prohibetur quibuscumque, etiam Cardinalibus, sive singulis, sive eorumdem Cardinalium Con-

*frequent. Ricc. in collect. decis. et in praxi rerum fori Eccles.* Joan. Bapt. Rigant. *Comment. in Regul. Cancellariæ passim*; Begnud. *Bibl. Juris. tom. 1. verb. claus.* Reiffenstuel *Tract. de Reg. Juris tom. 1. t. 2. 3. 4. 29. tom. 2. tit. 3. 18. 19. 27. 30.* et in aliis tomis passim, ac in Appendice *de dispensat. sup. Imped. matrimon. tom. 4.* ubi multa reperies.

Violantes Clausuram monialium ad malum finem incurrunt excommunicationem reservatam, sicuti etiam admittentes hujusmodi violatores. — 14. Clausura monialium vigore Concilii Trident. Episcopi curæ subjicitur. — 15. Hujus Clausuræ modus et effectus. — 16. Causæ ex quibus Pius V. egressum e Clausura permitti voluit. — 17. Assignantur aliæ causæ. — 18. Alter effectus est prohibitus quarumcumque personarum extranearum ad moniales accessus. — 19. Ita ut nullus earum monasteria intrare possit sine licentia in scriptis obtenta. — 20. Dare autem debet Episcopus hujusmodi licentiam in casibus necessariis. — 21. Quomodo modo hæc necessitas a Tridentino requisita recepta sit. — 22. Casus necessarii intelliguntur respectu monasteriorum. — 23. Pleraque synodi statuerunt, ne capellanus, seu alius sacerdos quidem ingrediatur eam Ecclesiæ partem, ubi moniales psallant. — 24. Neque in vestitionum aut professionum solemnitatibus licitus esse potest ingressus ad moniales. — 25. Excipiuntur tamen a prohibitione ingressus personæ necessariae, quum id necessitas exigat. — 26. Episcopus potest prohibere, ne quis sine sua, aut commissarii sui licentia ad monasteria monialium etiam colloquendi causa accedat. — 27. Alia ad rem. *Remissive.*

gregationibus, ne facultates et licentias ingrediendi Clausuram Monialium ullo modo concedant sub pœnis nullitatis, et sub Ecclesiasticis Censuris Papæ (excepto articulo mortis) reservatis. Vide verb. *Monialis, art. 3. num. 99.* ubi alia necessaria ad rem. (5. Insuper super Monialium Clausura Constitutiones Apostolicæ, et Conciliares innovantur; (6. et Ordo præscribitur pro introductione mulierum in Monasteria, ab eodem Pontifice, *tom. 2. Constitut. 26. incip. Per binas*, de quibus sub verb. *Educandæ et famulæ.*

(7. Clausuram Monialium violantes ad malum finem quicumque sint, comprehensis etiam ipsis Monialibus in casibus publicis, non potest Card. Major Pœnitentiarius absolvere, nec mandare absolvi, nisi pro ipsis Episcopi seu Ordinarii supplicaverint, et casus in Sacra Congregatione Episcoporum et Regular. deducti non fuerint. Idem *Constitut. 93. incip. Pastor bonus* § 38.

(8. Episcopo licitum est ad impartendam benedictionem Moniali in mortis articulo constitutæ Monasterium intrare. Idem *tom. 2. Constit. 34. incip. Pia Mater.* (9. Sed ad hunc effectum intra Monasterii septa se se conferens, comites habere debet ordinarium Confessarium dicti Monasterii, aliumque Sacerdotem ipsius arbitrio eligendum. Idem *ibid.*

(10. Moniales post Professionem, neque etiam ad breve tempus exire possunt e Monasterio, nisi ex aliqua legitima causa ab

Episcopo approbanda. Causæ autem sunt ex Extrav. Pii V. incipit *Decori*, incendium, lepra, et epidemia. *Inst. Eccl. 83. § 14.*

(11. In consecratione tamen ex præscripto Pontificalis Romani exire debent e Clausura, et ingredi in Ecclesiam senioribus matronis eas comitantibus, et statim ad Clausuram redire. *Ibid.* § 30.

(12. Denique occasione consecrationis earumdem Monialium non licet Episcopo ingredi in Clausuram, nec multo magis licet id agere Magistro cæremoniarum, et consanguineis consecrandarum virginum, ita ex eod. decreto; *ibid.* § 21.

(13. Violantes Clausuram Monialium ad malum finem, non tamen prætextu facultatum obtentorum, non evitant excommunicationem reservatam Pontifici, quam etiam incurrunt admittentes hujusmodi violatores, neque excusantur ex contraria consuetudine, etiam post Concilium introducta. Ita ex alio Decreto Sac. Cong. *ibid.* § 26.

## ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(14. Clausura Monialium vigore Concilii Tridentini Episcopi curæ subjicitur, ita ut in cujusque Ordinis Moniales, etiam eas quæ a Regularibus reguntur et alias sunt exemptæ, is solus auctoritatem habeat in his, quæ Clausuram concernunt; uti etiam expressit Pius V. in Bulla, *Cura Pastoralis.*

(15. Hujus Clausuræ modus et effectus est, ut Monialibus post professionem egredi non liceat Monasterii sui Claustra, sive interiora septa, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, indultis quibuscumque et privilegiis non obstantibus, uti loquitur Concilium Tridentinum.

(16. Licet Synodus Tridentina non expresserit quæ sit ad id censenda justa Causa, eamque Episcopi iudicio permisisse videatur, tamen Pius V. nullo alio prætextu egressum permitti voluit, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ aut epidemiæ.

(17. Credit nihilominus Barbosa post alios ab ipso citatos, quod non obstante restrictione Pii V. Moniales possint exire e Monasterio etiam ex aliis causis in ipsa Pii V. Bulla nominatim non expressis: verb. gr. tempore belli, quum periculum imminet invasionis a militibus, multaque incommoda sustinendi, nisi se in locum tutum recipiant.

(18. Alter effectus Clausuræ Monialium est, prohibitus quarumcumque personarum extranearum ad Moniales accessus.

## CLAVI CRUCIFIXIONIS CHRISTI.

## SUMMARIUM.

1. Clavis tribus an quatuor fuerit Christus affixus Cruci. — 2. Tribus solummodo Clavis Christum

(1. Clavis tribus an quatuor fuerit Christus affixus Cruci non parva est inter doctores controversia. (2. Tribus solummodo Clavis fuisse Christum crucifixum, jam in-

(19. Ita ut nullus Monasteria Monialium intrare possit sine licentia in scriptis obtenta; quemadmodum decretum fuit a Synodo Tridentina.

(20. Dare autem Episcopum debere in casibus necessariis hujusmodi licentiam, patet ex eodem Decreto.

(21. Hæc autem necessitas ingrediendi a Tridentino requisita sic recepta est, ut etiam ipsi Prælati tam Sæculares quam Regulares, quibus cura et regimen Monasteriorum incumbit, auctoritate sibi ex officio attributa uti non possint, nisi in casibus necessariis: qua facultate si forte uti aliquando contingerit paucis iisque senioribus ac religiosi personis comitati ipsi Monasteria ingredi studeant; quemadmodum præscripsisse videtur Gregorius XIII. in Bulla quæ incipit, *Dubius.*

(22. Casus necessarii, quibus Episcopis licet ingressum personarum sæcularium permittere, intelliguntur respectu Monasterii, non autem respectu ingredientis; uti sæpius declarasse Sac. Congregationem testatur. Fagnanus ad c. *Quum Virum, tit. de Regularibus n. 20.*

(23. Clausuram Monialium ita servari jusserunt pleræque Synodi, ut nec Præfectum Monialium, sive Capellanum, aut alium Sacerdotem ingredi patiantur eam Ecclesiæ partem, ubi ipsæ psallunt, ne quidem prætextu ibidem celebrandi vel concionandi.

(24. Neque in vestitionum aut professionum solemnitatibus licitus esse potest ingressus ad Moniales, et id tam viris quam mulieribus etiam illustribus; sed omnes per cancellos ipsis colloqui debent.

(25. Excipiuntur tamen, quum id necessitas exigat personæ necessariae ut pote Confessarius, quum ad ægotantium Monialium, quæ ad Confessionale accedere non possunt, Confessiones audiendas, aut Sanctissimum Eucharistiæ vel Extremæ Unctionis Sacramentum ipsis deferendum et similia charitatis officia iisdem ægotis imperienda, erit admittendus; item Medicus, Chirurgus, Bajulus vini aut cerevisiæ faber, et similes personæ, quas omnes duæ antiquiores Sanctimoniales semper comitari tenentur.

(26. Episcopum posse prohibere, ne quis sine sua aut Commissarii sui licentia ad Monasteria Monialium etiam colloquendi causa accedat, docet Fagnanus ad cap. *Quantum, tit. de Privilegiis num. 11.*

(27. Alia ad rem, vide verb. *Conventus, art. 3. et verb. Moniales, art. 3.*

fuisse crucifixum, unde invaluit opinio. — 3. Sententia probabilior tenet quod quatuor et non tribus fuerit Jesus Christus cruci affixus. — 4. Afferuntur auctoritates.

valuit opinio, quod Pictores tribus Clavis tantummodo Christum Cruci affixum hoc tempore pingant. (3. Ast cum ex Sacra Scriptura tum prophetica, tum Evangelica habea-